

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De lis quibus Beneficia conferri possunt, in genere. Tit. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

De Iis quibus Beneficia conferri possunt, in genere.

S U M M A R I A.

1. *Beneficia conferenda* 2. *Capacitas in quibus capacibus consistat requisitus.*

Ræcedenti libro tractavimus de personis quæ Beneficia conferre ac distribuere; tractandum hoc, quibus conserui & distribui, possunt. Quo tractatu nullus in tota hac disputatione dignior. Non enim assentimur Isocrati, qui in Orat. ad Nicoclem ait: *Non sicut Sacerdotium, ita & Regnum cuiusvis hominis est.* Nam, ut in omnibus negotiis gerendis pro modo eorum personæ sunt eligendæ capaces & operi sufficiens; *I. un. §. ideoq. Cod. de novo Codice. fac. I. ut gradatim. II. §. 1. cum §. fin. ff. de muner. & honor. ita & Beneficia non sunt conferenda, nisi idoneis & capacibus. c. grave nimis. 29. de prabend. & dignit. c. relatum. de concess. prebend. c. 2. de institut. c. causam. 8. de electione.*

Capacitas vero illa & idonea qualitas, que in his, quibus beneficia sunt conferenda, desideratur, potissimum consistit in requisitis septem: Nempe; 1. *Natalibus:* 2. *Corporis integritate:* 3. *Bonis moribus:* 4. *Sufficiente scientia:* 5. *Ætate legitima:* 6. *Calibatu:* 7. *Ordine Ecclesiastico.* Quibus addi solent *Naturalitas:* vide Garciam, tit. 9. part. 7. Et *Ne beneficiandus aliud jam habeat Beneficium.* De quo ultimo

[O]

timō

nus
mis
celesia

V.

timo & Beneficiorum pluralitate infra commodiore agemus loco. De
aliis differemus hoc libro sigillatim: à *Natalibus* promovendorum
cipientes.

TITULUS II.

De Natalibus Legitimis.

SUMMARIA.

- | | |
|-------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------|
| 1. Natales quotuplices. | 5. Quando. |
| 2. Legitimi qui. | 6. Quid olim observatum. |
| 3. Beneficia conferenda iis præditis. | 7. Quid nunc. |
| 4. Paternum Beneficium an conferri potest liberis. | 8. Quæ hic declaratio Cor- gregationis Cardinali- um. |

1. Atales sunt duplices; Vel Legitimi, de quibus hoc titulus
vel Illegitimi, de quibus titulo sequenti.
2. Legitimi sunt; cum quis natus est ex matrimonio legitimo.
3. Iis præditis Beneficia sunt conferenda, deneganda alius
cum in cunctis. 7. princ. c. innotuit. 20. de elect. c. fin. de filii Presbyt.
4. Nec tamen filius legitimus obtinebit Beneficium Patris: Ne Sac-
ramentum Dei videatur obtineri hereditario jure: c. presentum. 3. et
transmissa. 7. eod. can. 7. Apostolica. 8. qu. 1. Nec nepos avitum; licet
lius, ex quo nepos; adhuc vivat. *Gloss. in c. ad extirpandas. 9. eod. Dicitur*
in d. c. Panorm. post Innoc. & Hostiens. Cum sine juris, quod huiusmodi
successionem improbat, fiat fraus. Tum ne beneficium magis vide-
tur resignatum ex avita affectione, quam recto justoque iudicio.
can. Episcopo. cum can. seqq. 8. qu. 1. Et sic judicatum Toto sa. iefte P.
pon. lib. 2. Placitor. tit. 4. Dart. tract. de benef. sect. 4. cap. 1.
5. Excipluntur casus tres, quibus receptum posse filium obtinere
Beneficium paternum. Primus est; Sis sine titulo, de facto tantum & al-

Coryn
De Pers.
er Benef. E

G

32